



Quæstio I.



Ubitatum est diu inter Medicos, Utrum Aphorismus Hippocratis, Γονὴ ἐστὶ γαστρὶ ἔχους Φλεβότομηθῆσαι λιπώσκα lib. 5. Aph. 3 i. si ne exceptione simpliciter in praxi procedat cum Cornel. Celsus alius observationibus rem hanc decidendam putet lib. 2. cap. 10. & Argenterius experientiam provocet gravidis non tantum sine periculo abortus, sed cum præsentanea salute sæpius sectam venam contendens. lib. 1. Aphor. com. Aphor. 2. Nos decisionem decerpimus ex ratione Aphorismi, quam explicat Galen. com. 6. Aphor. 3 i. Abortum enim instare ait ob subtractionem alimenti, idq; deducit ex posterioribus Aphorismi verbis, quando eò majus impendere periculum dicit Hippocrat. quò fœtus est grandior. Tunc enim copiosius desiderat alimentum, ait Galenus. Ergo si periculum sit, ut alimentum fœtui subtrahatur, abstinendum erit à sanguinis missione, ne procuremus abortum, contra quā in juramento Hippocratis promittimus. Absq; hoc periculo positis omnibus, quæ venæ sectionem indicant, & remotis quæ contraindicant, nihil causæ est, cur tutò secare nequeamus.

II.

Consequenter cum magnus morbus credatur indicare venæ sectionem, quæritur: Utrum ex gravi morbo laborant mulieris

A 2

mulieris